

39

1157 marzo 18 e 26, Verona

Gualabruno e Arpo, fratelli germani figli del fu Marcoardo *de Curte*, viventi secondo la legge longobarda, vendono a Giselberto preposto della canonica di San Giorgio in Braida, a nome della predetta canonica, un seminativo ubicato nel comitato di Verona, nell'ansa del fiume *Adige* *ad insulam Pregundoni*, per il prezzo di tre libbre e mezzo di denari d'argento di moneta veronese; contestualmente Gualabruno presta garanzia a Giselberto che farà ratificare la vendita da Bernardo suo fratello, mentre Arpo presta, per il medesimo scopo, fideiussione con pegno; otto giorni dopo, infine, Bernardo ratifica la vendita.

Originale, n. 7013 [A]. Sul verso, in corrispondenza del margine superiore, incluso entro una annotazione tarda e ripassato dall'estensore di questa, di mano del sec. XII: «*Sup(r)a clevu(m) ad i(n)sulu(m) Pregundoni*». Poco sopra, ora completamente eraso, in senso inverso rispetto alla scrittura del recto, di mano del sec. XIII: «.CLVII. <*così*> | .XIII. ex[eunte] ap(ri)li <*lettura assai dubbia*>». Pergamena rigata a secco sul recto.

Cfr. Miller, *Chiesa*, p. 137.

Si noti che la ratifica di Bernardo risulta effettivamente scritta con inchiostro di colore diverso rispetto a quello del resto del documento.

(SN) In nomine domini Dei eterni. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo .CLVII., quintodecimo kal(endas) mensis | april(is), indic(ione) quinta. Constat nos Walabrunum et Arponem germ(anos) filii quondam Marcoardi de Curte, qui | professi sumus lege vivere Longob(ardorum), accepissemus nos communiter, sicuti in presentia testium manifesti sumus, | a vobis domino Giselberto preposito canonicę Sancti Georgii de Braida ex parte predicte canonicę argenti den(ariorum) | bon(orum) ver(onensis) mone-te lib(ras) tres et media, finito precio sicuti inter nos convenit, id est nominative pro pecia una de | terra aratorea nostri iuris quę esse videtur in co(m)mit(atu) Ver(onense), supra clevum ad insulam Pregundoni^(a); coheret ei ex | omnibus partibus iura suprascriptę canonicę Sancti Georgii. Quam autem suprascriptam peciam de terra aratorea cum omnibus adiacen(tiis)^(b) et pertinentiis et ratione nostri iuris ipsius petię superius dictam, una cum accessionibus et ingressibus eius seu cum | superioribus et inferioribus suis qualiter superius

l(egitur), inintegrum ab hac die vobis suprascripto Giselberto e(m)ptori nos suprascripti germani | venditores Walabrunus et Arpo pro suprascripto precio vendimus, tradimus, emancipamus, nulli alii venditam, donatam, alienatam | nec traditam nisi vobis; faciendum exinde a presenti die vos et vestri confratres et successores aut cui vos dederitis iure proprietalrio nomine quicquid volueritis, sine omni nostra et heredum nostrorum contradictione. Quidem espondimus atque promittimus nos suprascripti venditores Walabrunus et Arpo una cum nostris heredibus vobis suprascripto Giselberto e(m)ptori vestrisque successoribus prefate canonilce aut cui vos dederitis suprascriptam venditionem ab omni contradicente homine defensare. Quod si defendere non potuerimus aut si | vobis exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere quiescierimus, tunc in duplum eandem venditionem vobis restituamus sicuti pro tempore | fuerit meliorata aut valuerit sub estimatione in consimili loco. Actum est hoc in curte suprascripte canonice. Feliciter. Signa^(c) | pro impositione manuum suprascriptorum venditorum qui hanc car(tam) venditionis fieri rogaverunt et suprascriptum precium exinde acceperunt. Et insuper | suprascriptus Walabrunus dedit vuadiam suprascripto domino Giselberto in pena decem lib(rarum) den(ariorum) ver(onensium) quod ipse faciet f(rate)r eius Bernardus^(d) suprascriptam venditionem in precepto notarii firmare ac ratam habere. Unde posuit Arponem fratrem suum fid(eiussorem) qui pignus suum obligavit. | Testes huius venditionis et rei sunt Litaldus et Iohannes murarii, Raimundus, Ugo, Lupicinus.

Die martis .vii. kal(endas) april(is) a Foro. Presentia Peregrini de Berniza, Bonefacii nepotis presbiteri Aldonis^(e), Rainucii, Follis de Sommalca<(m)>panea. Ibique suprascriptus^(f) Bernardus frater suprascripti Wualabruni et Arponis suprascriptam venditionem firmam ac ratam habuit et vuarentalre eam promisit.

(SN) Ego Oddo notarius rogatus hanc car(tam) venditionis scribere scripsi.

(a) sup(r)a - pregundoni agg. su rasura. (b) A adiacen|centiis. (c) gna pre-
ceduto e seguito da due identici segni simili a si in legamento. (d) Così A. (e)
l corr. su altra lettera, come pare. (f) La prima e la seconda s corr. da b, come pare.